

non solum debet cognosci essentia, sed etiam attributa: & tamen attributa non sunt ratione sui cognoscibilia, sed ratione essentialis etiam ipsa paternitas esset per se cognoscibilis, cum par sit illorum ratio: ergo quod paternitas non sit ratione sui cognoscibilis, non tollit, quod in illo signo offeratur ut cognoscibilis. ¶ *Deinde*: Verbum divinum procedit ut perfectissimum Patris: ergo ut representans perfectissimum Patrem; sed nequit procedere ut representans formaliter Patrem, nisi cognoscatur formaliter Pater: ergo idem quod prius. Minor subsumpta probatur: Hæc representatio & expressio Patris, ut Patris est, dependet à cognitione vel in actu primo ut sentit Scotus, cum debeat præcedere dictionem; vel in actu secundo secundum nostram sententiam; sed repugnat ex terminis, quod expressio alicuius obiecti, que est in termino, non petat esse in principio, & in actu secundo cum illam participet ab actu primo, & secundo: ergo si Verbum procedit per se ut imago Patris, & ut expressivum & manifestativum illius, etiam debet procedere ex cognitione Patris, ut Patris est; alias aliquid esset in Filio non communicatum ab actu primo, & secundo.

Tum denique: Verbum divinum petit per se procedere ut Verbum infinitum in representando: ergo etiam petit per se principium simpliciter infinitum; sed cognitio est principium Verbi in sententia Scoti, & ante cognitionem essentia, ut gerit vices speciei intelligibilis: ergo tam essentia ut representativa, quam cognitio in cognoscendo debent explicare infinitatem. Pater consequentia: quia si terminus ut terminus est infinitus, etiam principium ut tale debet esse infinitum; sed essentia ut representans præcise essentiam, & cognitio ut cognoscens præcise essentiam non explicat infinitatem; ut constat in specie creata, que in sententia Scoti est possibilis; & visione beatifica, que potest videre essentiam sine personis in eius sententia, quin ex hoc arguatur infinitas in specie, in cognitione, & in Verbo: ergo. *Adde*: quod Scotus non concedit dari duplicem cognitionem, aliam qua cognoscitur essentia, & aliam qua cognoscuntur relationes: eadem enim indivisibili cognitione cognoscuntur omnia; alias non esset infinita in ratione cognitionis: ergo etiam idem Verbum divinum habet representare tam essentiam, quam attributa, & relationes; sed Verbum divinum adequatè sumptum habet procedere ea cognitione: ergo ut representat relationes, habet procedere ex hac cognitione; atqui Verbum nequit ex vi suæ processiois procedere ex hac cognitione, quin ipsa cognitio pro priori originis etiam cognoscat relationes: ergo illas cognoscit.

96 Puteanus defendit, Verbum divinum procedere ex cognitione essentiae, attributorum,

& primæ personæ; non verò ex cognitione sui, & Spiritus sancti. Iuxta quod occurrit noltræ rationi dicendo, quod est Verbum divinum procedat ex cognitione comprehensiva; in illo tamen signo solum existit Pater, non Filius, nec Spiritus sanctus: quare non debet procedere ex cognitione aliarum.

Sed hæc solutio inconsequentior est præcedenti. Vnde illam impugno primo: Pro priori signo est cognoscibilis essentia comprehensiva: ergo ut est radix filiationis, eò quod sit vnum ex suis prædicatis essentialibus; sed nequit cognosci perfectè, ut est radix filiationis, quin ipsa filiatione formaliter cognoscatur: ergo procedit Verbum divinum ex cognitione sui ipsius; *Secundo*: Iuxta hanc sententiam & solutionem iam Verbum divinum procedit ex cognitione, qua per se cognoscitur formaliter Pater; sed repugnat cognosci formaliter Patrem, quin cognoscatur formaliter Filius, cum sint correlativa, de quorum ratione est, ut inquit Aristoteli, quod sint simul natura & cognitione, & maxime per cognitionem perfectam & incretam, qualis est cognitio, qua procedit Verbum divinum: ergo idem quod prius.

Si tamen dicatur, hoc debere intelligi de relativis secundum conceptum *Ad*, non verò secundum conceptum *In*, seu formæ hypostaticæ, quia secundum conceptum *Ad* intelligitur post processioem, eò quod fundetur in illa. Contrà est: Tum, quia iam deserit suam sententiam, cum tam secundum *In*, quam secundum conceptum *Ad* sit Pater existens in illo priori signo. ¶ *Tum etiam*: Nequit paternitas in aliquo signo cognosci per cognitionem perfectam secundum conceptum *In*, quin cognoscatur etiam secundum conceptum *Ad*; primum concedit prædicta solutio: ergo etiam debet concedere secundum. Probat maior: Pater per paternitatem sub expresso conceptu relationis constituitur, ut supra diximus: ergo si formaliter cognoscitur Pater in illo priori signo, debet cognosci formaliter secundum conceptum *Ad*.

Tum denique: Verbum debet procedere per cognitionem paternam, quatenus est cognitio perfectæ & comprehensiva Patris; sed in hoc distinguitur cognitio perfectæ, quam habet Beatus in patria, à cognitione viæ, quod hæc, ut potè imperfecta, solum potest formare conceptum de paternitate secundum conceptum formæ hypostaticæ, quin former illum secundum conceptum *Ad*; illa verò nequit hanc processioem facere: ergo cum cognitio, per quam procedit Verbum, debeat esse infinite perfectior, non solum secundum id, quod importat concomitantè, sed formalissimè, quatenus requiritur ad productionem Verbi divini, planè inferitur cognoscere in illo primo signo paternitatem non solum secundum rationem formæ hypostaticæ, sed etiam secundum conceptum *Ad*. *Maximè* Quis

Quia si procedit per cognitionem comprehensivam Patris, debet Pater cognoscere in illo primo signo quicquid non distinguitur realiter à Patre; alias non esset cognitio comprehensiva, imò nec intuitiva Patris, cum non attingeret seipsum prout est in se; sed conceptus *Ad* non distinguitur realiter, imò nec virtualiter à Patre, cum pertineat ad eandem lineam cum paternitate: ergo. Maior probatur: Cognitio alicuius obiecti secundum vnam rationem & non secundum aliam est cognitio inadæquata: sed cognitio inadæquata nequit esse comprehensiva: ergo si cognitio, per quam Pater Verbum producit, est comprehensiva sui ipsius, debet attingere illam secundum conceptum *In* & *Ad*.

97 Tertia & vltima sententia, quam tenet Vazquez, asserit, Verbum divinum procedere ex cognitione Patris, & sui, non tamen ex cognitione Spiritus sancti. Quia in illo signo productionis Verbi (inquit) Spiritus sanctus nondum intelligitur existens: productio enim Spiritus sancti supponit adequatè processioem Verbi: Ut autem Verbum procedat per cognitionem comprehensivam, sufficit quod cognoscatur ea, que sunt in tali signo processiois Verbi.

Sed hæc solutio refutatur, sicut & præcedentes: inicitur enim eisdem motivo. Nam Verbum divinum debet procedere; ut multoties diximus, ex cognitione comprehensiva essentia, & (ut fatetur Vazquez) ex comprehensione Patris (& sui; sed nequit Verbum cognosci comprehensivè, quin formaliter cognoscatur Spiritus sanctus: ergo. Minor probatur: nequit Verbum divinum, & Pater cognosci, nisi cognoscatur omnia prædicata essentialia illorum; sed vnum ex istis est radicare spirationem activam: ergo debent radicare, ut illam radicant: ergo etiam & ipsa spiratio activa debet in eodem signo formaliter cognosci; sed nequit hæc perfectè cognosci, quin perfectè cognoscatur Spiritus sanctus, cum spiratio activa, & passiva, per quam constituitur Spiritus sanctus, sint mutuè correlativa, sicut paternitas & filiatione, qua ratione concedit iste Author, Verbum divinum procedere non solum ex cognitione Patris, sed etiam ex cognitione sui ipsius: ergo etiam debet procedere ex cognitione Spiritus sancti.

Confirmatur primo: Si natura divina comprehenditur, debet cognosci ut communicabilis tribus personis; sed nequit cognosci perfectè ut illis communicabilis, nisi ipsæ personæ formaliter cognoscantur: ergo si Verbum divinum petit procedere per se ex cognitione comprehensiva essentia, etiam debet procedere ex cognitione trium personarum. Maior videtur certa. Et minor probatur: Nequit cognosci aliqua connexio essentialis, ut connexio est, quin cognoscatur terminus connexionis; sed essen-

tia divina est connexa essentialiter & communicabilis tribus personis; & sub hac expressione, utpote essentiali, cognoscitur per cognitionem, qua Verbum procedit, alias non cognoscetur perfectè & comprehensive: ergo nequit cognosci hoc modo, nisi ipsæ personæ formaliter cognoscantur.

Confirmatur secundo: Si Verbum divinum procedit ex cognitione perfectæ sui, in sententia huius Authoris, ideo est, quia procedit per ipsam cognitionem Patris, cum qua coexistit in eodem signo: ergo omnia, que communicantur in illa processione, sunt in signo illius processiois; sed ex vi illius processiois communicatur Verbo potentia spirativa adequatè sumpta: ergo potentia hæc petit per se cognosci in illo signo processiois Verbi. Tunc sic; sed nequit cognosci perfectè & comprehensive potentia spirativa adequatè sumpta, quin in eodem signo cognoscatur terminus adequatus illius, qui est Spiritus sanctus: ergo Verbum divinum petit per se procedere ex cognitione Spiritus sancti.

98 Denique reselluntur omnes istæ sententiæ, quatenus conveniunt in hoc, quod signum processiois Verbi non est signum cognitionis personarum distributive. Nam estò verum sit, quod inter personas divinas datur aliqua prioritas originis; at nulla datur prioritas in quo, si ve natura, si ve cognitiois, nec realis, nec rationis; sed hoc ipso repugnat cognosci essentia, & non personæ: ergo signum, in quo cognoscitur essentia, est etiam signum cognitionis personarum. Maior probatur: Omnis prioritas in quo, si est realis, consistit in eo, quod vnum possit esse sine alio in aliquo instanti reali; si verò est rationis, licet sit in eodem instanti reali, at tamen nullam inter se dicunt connexionem essentialem: si enim dicunt connexionem essentialem, ita ut essentialiter & actualiter petat vnum procedere ab alio, non potest vnum esse prius alio prioritate in quo ad huc rationis, ut videre liquet in causa actu causante; sed ex ratione essentia divina est, non solum quod sit communicativa sui tribus personis, sed etiam quod sit actu communicata, cum ab ea debeamus excludere omne vestigium potentialitatis: ergo in eodem signo in quo debent intelligi essentia, & personæ.

Confirmatur hoc: Nam estò Verbum sit prius origine Spiritu sancto, & procedat diversa processione, non tollit, quod cum fundamento in re sint eodem signo in quo rationis potentia generativa & spirativa: ergo nec tollit, quod si essentia comprehenditur, cognoscatur cum his potentijs; sed nequit potentia perfectè cognosci in aliquo signo, quin cognoscantur perfectè actus & terminus productus necessarii connexus quoad specificationem, & exercitium: sicut non potest comprehensivè cognosci gratia sancti.

sanctificans consummata; quin in eodem signo cognoscantur lumen gloria cum suo actu, & charitas cum suo actu & termino, cum sint inter se necessariò connexa: similiter Angelus, qui necessariò comprehendit se debet cognoscere intellectum proprium, & voluntatem, & omnes effectus infallibiliter connexos cum illis: ergo cum natura divina sit coniunctior, magisque identificata, & connexa cum suis potentijs, intellecta scilicet, & voluntate, & ista cum suis actibus, planè inferitur, comprehensa in signo processionsis Verbi, debere cognosci formaliter in eodem signo ipsas potentias cum suis terminis necessarijs, & cum illa identificatis. Adde: quòd SS. PP. nullam aliam prioritatem excogitaverunt in divinis præter prioritatem originis: ergo hæc tantum excluditur per suum oppositum; sed oppositum huius prioritatis non est posterioritas in quo rationis, sed quòd vna persona non procedat ab alia: ergo.

S. II.

Argumentorum enodatio.

99 **T**riplex contra nostram conclusionem militat sententia iuxta dicta §. precedenti; at in vno conveniunt, quòd Verbum divinum non procedit ex cognitione omnium, quæ formaliter sunt in Deo. Pro quibus arguitur *primò*: Cognitione divina prius in quodam signo rationis terminatur ad essentiam, quam ad relationes; sed in illo priori signo terminatur ad productionem Verbi: ergo Verbum ex sola cognitione essentia divini procedit. Probatur maior: Tum, quia illa cognitio terminatur ad essentiam ratione sui, eò quòd ea sola est obiectum primarium, & relationes ratione essentia, cum sint obiectum secundarium; sed obiectum primarium in quodam signo prioris rationis intelligitur, quam obiectum secundarium: ergo prius intelligitur terminari ad essentiam, quam ad relationes. Tum etiam: Verbum divinum dependet essentialiter, à quo pendet per se intellecto; sed hæc solum pendet ab essentia, cum ab ea solum specificetur ob rationem præfatam: ergo.

Hoc argumentum manifestè retorquetur contra Adversarios. Ipsi enim concedunt, Verbum divinum procedere per se ex cognitione essentia, & attributorum; & tamen in illorum sententia essentia sola est obiectum primarium, attributa verò secundarium: unde omnes debent illud dissolvere. Respondetur ergo negando mai. Ad cuius primam probationem dicimus, quòd est Verbum & cognitio debeant pendere per se tanquam ab obiecto primario à sola essentia divina, at etiam dependent ab attributis & relationibus tanquam ab obiecto secundario, eodem signo in quo adhuc rationis cognitio est

ratio est: nam essentia divina, ut gerit unum speciei intelligibilis, non solum per se representat seipiam ut obiectum primarium, sed etiam per se representat attributa, & relationes ut obiectum secundarium; alias non representaret in infinito modo: cognitio verò divina procedit in illo signo in ratione cognitionis secundum totam amplitudinem, quam habet species intelligibilis, seu essentia divina in esse cognoscibilis, & representantia: similiter Verbum, ut sit infinitum in ratione talis, debet procedere ut representans per se in actu secundo; quidquid in actu secundo representat essentia per modum speciei: Si ergo species & Verbum in illo signo processionsis ipsius representant per se attributa & relationes, cum non expectent aliud signum processionsis, ut hæc munera exerceant, planè inferitur, quòd etiam cognitio in illo signo se extendit per se ad attributa & relationes: ad hoc enim non attenditur ratio obiecti primarij, & secundarij; sed quòd obiectum primarium sit connexum essentialiter cum obiecto secundario non solum in esse rei, sed etiam in ratione cognoscibilis, & quòd cognitio sit quidditativa, perfecta, & comprehensiva. Quod fieri debent Adversarij de attributis, & velint, nolint, nobiscum de relationibus. Eò quòd cognitio divina in quocumque signo est comprehensiva, ad quam requiritur, quòd si obiecta habent connexionem essentialem in esse rei, etiam in ratione cognoscibilium. Per quod prædicta manet alia probatio.

100 Arguitur *secundò*: Verbum divinum procedit per se ex cognitione illius, quod per se representat; sed Verbum divinum solum representat per se essentiam, non relationes, neque personas: ergo procedit per se ex cognitione tantum essentia, non personarum. Mai. iuxta solutionem proximè datam est certa. Et minor probatur: Verbum divinum procedit ut *imago*: ergo solum representat per se id, cuius est *imago*; sed non est *imago* Patris ratione paternitatis, sed ratione essentia, cum Verbum & Pater solum sint similes in essentia: ergo per se tantum representat essentiam. ¶ Et confirmatur: Verbum non est *imago* & similitudo Spiritus sancti: ergo non procedit ex cognitione illius; Antecedens constat ex supra dictis. Et consequentia probatur: Verbum divinum procedit ut *imago* obiecti, ex cuius cognitione procedit: ergo si non procedit ut *imago* Spiritus sancti, non se habebit per se ut obiectum cognitum.

Ad argumentum facillè responderetur ex dictis disp. 1. num. 91. Ad rationem enim *imaginis* requiritur & similitudo, & processio: unde non solum debet representare id, in quo est similitudo, sed etiam id, à quo tanquam à principio procedit. Et ideo Verbum divinum non dicitur *Imago*, præcisè quia representat naturam

utrumque, sed quia representat illam ut est in principio. Quapropter Verbum divinum, hoc ipso quòd sit *imago* Patris, debet representare naturam divinum non utcumque, sed ut est in Patre; repugnat autem hoc modo illam representare, & non representare per se paternitatem. ¶ Nec refert probatio ibi inserta. Nam est non assimiletur paternitati, assimilatur essentia ut in Patre; quod sufficit, ut representet per se non solum essentiam, in qua conveniunt, sed etiam paternitatem, à qua distinguitur. Adsumendum inferitur, non representare per se tanquam obiectum primarium paternitatem, sed essentiam; at non tollit representare illam per se, hoc est necessariò, vel tanquam obiectum secundarium per se connexum, vel tanquam modum obiecti primarij.

Ad confirmationem constat ex dictis. Ut enim Verbum dicatur *Imago Spiritus sancti*, erit necessariò, quòd concurreret activè ad illius processioem vel ut *quod*, vel ut *quo*: Spiritus sanctus non concurreat ut *quod*: quia hoc est proprium Patris ut *intelligentis*, non autem obiecti intellecti. Nec ut *quo*: quia obiectum habet concurrere ut *quo*, quando per seipsum vniatur per modum *speciei intelligibilis*, vel quando vniatur per speciem distinctam per se primò illud representantem: at Spiritus sanctus non vniatur per modum *speciei intelligibilis*, neque potest dari aliqua species per se primò illud representans: unde Verbum divinum non debet esse *Imago* Spiritus sancti, estò procedat ex cognitione illius. Et potest inflari in ipso Verbo: quod quidem procedit ex cognitione sui; & tamen non procedit ut *imago* sui, propter rationem assignatam. Potestque iterum inflari in ipso Verbo, ut spirator est: quod nequit non procedere per se ex cognitione Spiritus sancti: & tamen adhuc hoc modo non est *imago* illius. Per quod convelluntur aliquæ instantiæ, quæ contra hanc doctrinam possunt efformari.

101 Ut si dicas *primò*, quòd si verbum divinum procedit ex cognitione Spiritus sancti, verè est Verbum non solum Patris, sed etiam Spiritus sancti: ergo similiter erit *imago* utriusque: cum Verbum & *imago* sint eadem formalitas indivisibilis, ut diximus disp. 1. à num. 88. ¶ *Secundò*: Pater, intelligendo se, Filium, & Spiritum sanctum, totam Trinitatem Verbo dicit: ergo in Verbo, quod producit, totam Trinitatem exprimit: ergo erit *imago* totius Trinitatis. ¶ *Tertiò*: Si Angelus pingere aliquam imaginem Regis, tunc Rex nullo modo concurreat ad formandam talem imaginem; non per seipsum, ut supponitur; nec per speciem distinctam, cum hæc non fuerit immixta à Rege, sed infusa à Deo in intellectu angelico; & tamen esset vera *imago* Regis: ergo estò Spiritus sanctus non vniatur per modum speciei, dummodò se habeat ut obiectum cognitum ad

productionem Verbi, verè erit *imago* illius. Ex dictis (inquam) manent explosivæ instantiæ. Ad primam ergo responderetur, Verbum divinum, proprie loquendo, non dici nisi *Verbum Patris*: improprie tamen potest dici *Verbum totius Trinitatis*, quatenus in illo tota Trinitas representatur: quare nec dici debet *Imago Trinitatis*. ¶ Ad secundam responderetur, quòd estò Verbum divinum exprimat totam Trinitatem, tantum se habet ut obiectum cognitum terminativè, non motivè: cum sola essentia gerat manus speciei. Ad rationem verò *imaginis* non sufficit exprimere utcumque, sed requiritur, ut exprimat vel tanquam obiectum primarium, vel tanquam principium illius; quòd Spiritui sancto neutro modo potest competere. ¶ Ad tertiam responderetur, imaginem Regis verè esse illius: quia estò non concurrat per se in casu proposito ad pingendam imaginem, nec immitat speciem in intellectum angelicum; at semper verificatur, quòd est species representans illum primario. Aliunde est exemplata ab idea divina existente in intellectu Dei de ipso Rege; quæ cum se habeat ut obiectum motivum, potest dici cum omni proprietate *Imago Regis*. Quod non invenitur in Spiritu sancto respectu Verbi divini.

102 Arguitur *tertiò*: Sola intellectio essentia, prout in Patre est, dicitur ad Verbi productionem *secundam*: ergo ex cognitione solius essentia & paternitatis procedit Verbum divinum. Consequentia videtur legitima. Et antecedens admittitur ab omnibus Theologis, qui assunt, intellectioem, ad generandum secundam, non esse communem, sed notionalem & propriam Patris.

Hoc argumentum non distinguit inter principium, & terminum cognitionis; quod arguens debebat advertere, ne confunderet obiectum motivum, seu principium cognitionis cum obiecto terminativo. Quare responderetur, concedendo, cognitionem prout in Patre esse secundam ad generationem Verbi divini, si hoc indicat principium productivum, & adæquatam Filij; & hoc non amplius volunt omnes Theologi. At ex parte termini cognitionis adhuc aliud requiritur, scilicet, omne id, quod concurreat essentialiter, seu identificatur cum obiecto primario; utrumque verò est proprium relationis divina respectu essentia: unde estò non se teneat ex parte principij, debet se tenere ex parte obiecti cognitivi.

103 Arguitur *quartò*: Ablato per intellectum Spiritu sancto, vel per suppositionem impossibilem, adhuc maneret Verbum productivum: ergo signum est, quòd non dependet per se productio Verbi divini ex cognitione Spiritus sancti. Probatur antecedens: Prius intelligitur Filius sub ratione Filij, quam intelligatur Spiritus sanctus procedere ab illo: ergo sive

Spiritus sanctus præfandatur per intellectum, sive auferatur per impossibile, adhuc remaneret idem Verbum divinum formaliter.

Confirmatur *primò*: Filiatio specificatur adæquate à paternitate: ergo ex sola paternitatis variatione, non verò ex variatione, vel inclusione Spiritus sancti potest per locum intrinsecum variari filiatio formaliter. ¶ Confirmatur *secundò*: Licet ad productionem vnius correlativi requiratur existentia alterius, & quando procedit per cognitionem, cognitio vtriusque; non verò cognitio aliorum, quæ non sunt correlativa; sed respectu Filij solus Pater est correlativus: ergo estò requiratur cognitio Patris per se ad productionem Verbi, non verò cognitio Spiritus sancti. ¶ Confirmatur *tertiò*: Pater non habet prius cognitionem Spiritus sancti, quam Verbum divinum procedens: ergo Verbum divinum non procedit ex cognitione illius. Consequentia videtur legitima: quia cognitio, quæ Verbum procedit, prius debet esse in Patre, quam in Filio, vt ex se constat. Antecedens verò probatur: Pater prius est Pater, quam Spirator, & consequenter Filius prius est Filius, quam Spirator: quia simul spirant, vt infra dicemus: ergo Pater non habet cognitionem Spiritus sancti priusquam Filius.

104 Ad hoc argumentum respondetur, quòd ablatò per impossibile Spiritu sancto, vel non cognito formaliter in processione Verbi, non remaneret, nec procederet Verbum eiusdem speciei, ac nunc est; cum non communicaretur illi natura, quæ nunc est: siquidem natura divina nunc existens petit essentialiter radicare voluntatem, & spirationem activam, cum illisque essentialiter identificari: idemque dicendum est de paternitate respectu vtriusque: deinde hæc natura debet per se communicari ex vi generationis Verbo divino cum omnibus suis prædicatis essentialibus: Unde si Verbo divino communicaretur natura, cui repugnat voluntas & spiratio activa, esset diversa speciei à Verbo, quòd nunc est. Sicut si alicui homini daretur anima, cui repugnarent intellectus & voluntas, non esset eiusdem speciei cum homine nunc existentem: quia estò intellectus & voluntas tantum se habeant vt proprietates; illas tamen radicare est prædicatum essentielle animæ nunc existentis. Pariformiter & potiori titulo discurrendum est in divinis.

105 Quibus addimas, quòd estò non repugnet voluntas & spiratio activa; si tamen præfandantur à communicatione passiva Verbi, adhuc non remaneret formaliter Verbum eiusdem speciei. Et ratio est: quia tale debet esse Verbum, qualis est cognitio, per quam procedit; cum tam in fieri, quam in facto esse dependeat essentialiter ab illa. Porro cognitio præfandens à Spiritu sancto esset diversæ speciei à

cognitione non præfandente, sicut cognitio obiecti primarij comprehensiva, & non comprehensiva distinguuntur specie; & sicut in omnium sententia cognitio infinita, & finita. In prædicta hypotesi cognitio, per quam procederet Verbum, non esset comprehensiva essentia divinæ, eò quòd non illam attingeret secundum omnes essentielles modos illius, non enim attingeret eam cum connexionem, quam dicit cum voluntate & spiratione activa, quæ vtrique essentialis est, sicut connexio, quam dicit cum ceteris alijs attributis, & relationibus.

Nec refert probatio illius antecedentis. Nam debet distingui: *Prius intelligitur Filius in ratione filij, quam processio Spiritus sancti prioritate originis*, concedo antecedens: prioritate obiecti cogniti seu intelligentiæ, nego antecedens. Vel aliter: *prius per nostros conceptus imperfectos*, concedo antecedens: *prius attendendo ad cognitionem perfectam & comprehensivam, seu intuitivam*, nego antecedens. Ex explicatione terminorum patebit solutio: Quia licet processio Filij habeat quandam prioritatem originis respectu processions Spiritus sancti: & licet per nostros conceptus imperfectos, prout personæ divinæ cognoscuntur à nobis in hoc statu, sit prior processio Filij, quam processio Spiritus sancti; at tamen in se non habent aliquam prioritatem, seu posterioritatem intelligentiæ necum comparative ad cognitionem divinam, quæ in omni signo est perfectissima & comprehensiva; verum nec comparative ad visionem beatificam creaturæ, quæ ætèrnie totum Deum prout est in se. Ex quo inferitur, quòd nequit perfectè cognosci Filios, quin cognoscatur Spiritus sanctus; cum filiatio essentialiter radiceat spirationem activam, quæ nequit intelligi sine Spiritu sancto, vt supponit Adversarius.

106 Ex quibus constat ad omnes confirmationes. Ad primam respondetur, concedendo antecedens; sed negando consequentiam. Nam specificatur non solum debet variari ex variatione specificativi; sed etiam ex variatione obiecti secundarij, quando hoc connectitur essentialiter cum illo. Certum est, cognitionem comprehensivam alicuius obiecti, & cognitionem non comprehensivam esse distinctas formaliter, aliàs visio beatifica creaturæ, & divina non distinguerentur essentialiter; & tamen nulla datur diversitas ex parte obiecti primarij, sed solum secundarij. Vel dicatur, dari variationem ex parte obiecti primarij, propter diversum modum illud attingendi: quia cognitio comprehensiva attingit illud vt connexum, & explicans hanc connexionem cum omnibus formalitatibus, euna quibus essentialiter identificatur, vel connectitur. Similiter potest discursi de filiatione divina, quæ estò pro expresso dicat ordinem ad paternitatem, sed non vtunque, sed prout in-

cludit essentialiter, connectiturque essentialiter cum spiratione activa. Unde filiatio respiciens paternitatem includentem spirationem activam, & filiatio respiciens paternitatem non includentem, nec connectentem essentialiter spirationem activam, non essent eiusdem speciei: sicut relatio similitudinis, quæ fundatur in natura humana comparative ad alium hominem, & relatio dissimilitudinis fundata in eadem natura humana comparative ad equum, sunt diversæ speciei quia estò natura, in qua fundantur, sit eadem; at illa natura vt fundans diversitatem cum equo, est diversa formaliter à seipsa, vt fundante identitatem cum alio homine.

Ad secundam distinguitur malè si relativum producit ex cognitione imperfecta, concedo maiorem; si ex cognitione comprehensiva, nego maiorem. Vel aliter: si relativum producit præcisè vt relativum sui principij, concedo maiorem; si producit cum relatione ad aliud correlativum, nego maiorem. Solutio nota est ex terminis: nam Verbum divinum procedit per cognitionem comprehensivam sui correlativi, scilicet Patris; ad hanc comprehensionem requiritur, quòd cognoscatur omnia, quæ sunt essentialiter in Patre, nempe persona spirativa & spiratio activa, quæ nequeunt formaliter cognosci, non cognito Spiritu sancto. Vel aliter iuxta secundam distinctionem: Verbum divinum non procedit præcisè vt correlativum Patris, sed etiam vt correlativum tam radicale, quam formale Spiritus sancti: vt correlativum radicale, quia ipsa filiatio radicat, & includit essentialiter spirationem activam: vt formale, quia ex vi suæ processions habet spirationem activam.

Ad tertiam respondetur distinguendo antecedens: *Pater non habet prius cognitionem Spiritus sancti, quam Verbum*, si ly *prius* denotat aliquam prioritatem in quo, concedo antecedens: si prioritatem originis, negatur antecedens. Pater enim communicat Filio cognitionem Spiritus sancti, sicut & omnia alia, quæ habet Verbum. Ex quo desumitur aliud efficax argumentum contra Adversarios: Nam si Verbum cognoscit formaliter Spiritum sanctum, hoc non habet à se, sed à Patre: ergo formaliter ex vi suæ processions: Pater ergo prius debet cognoscere Spiritum sanctum, si ly *prius* denotat prioritatem originis; aliàs quomodo Verbo illam communicaret? Ad probationem: Respondetur, quòd estò Pater sit prius Pater, quam Spirator, quasi electivè, non tamen obiectivè: quia Pater vt Pater petit communicare essentiam, intelligentiam, voluntatem, & spirationem activam. Unde omnia hæc obiectum suæ cognitionis debent esse per se, aliàs cæco modo hæc communicaret; quòd est blasphemum.

107 Arguitur *quintò*: Pater nequit producere Verbum ex cognitione Spiritus sancti; aliàs nec ex cognitione ipsius Verbi: ergo ne-

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

procedat ex cognitione omnium &c. que ex cognitione ipsius Patris: ergo tantum procedit ex cognitione prædicatorum essentialium. Minor probatur (ex quo dependet probatio maioris) Nam si Filius procederet ex cognitione sui, se haberet vt obiectum cognitum respectu suæ processions: ergo etiam vt principium, ex quo procedit. Pater consequentiam obiectum, ex quo formatur cognitio, est principium illius: ergo procederet a seipso, Quo quid absurdum?

Ad hoc argumentum responderetur, posse facile retorqueri contra Adversarios. Nam si Verbum se habet vt obiectum cognitum, potius est terminus cognitionis, quam principium, cum de ratione obiecti cogniti sit terminus cognitionem; est autem contra rationem termini vt talis, quòd sit principium illius actus, respectu cuius est terminus. ¶ Si autem dicas, iuxta sententiam Scoti, obiectum cognitum taliter esse terminum cognitionis, quòd simul sit principium dictionis, quæ in eius sententia distinguitur à cognitione, & in divinis sublequitur ad illam, etiam Verbum in divinis non producat ex indigentia, sed ex fecunditate: quare sicut obiectum assensus præmissarum taliter est terminus suæ cognitionis, quòd simul sit principium conclusionis; ita obiectum cognitionis divinæ taliter est terminus illius, quòd etiam sit principium dictionis sublequentis.

108 Si hoc (inquam) dicatur, adhuc hoc argumentum nequit subsistere. Quia Verbum non procedit per alium actum distinctum à cognitione, vt constat ex dictis disp. 1. dub. 3. Sed demus gratis, procedere per actum distinctum, qui non sit intellectio, sublequaturque ad illam; adhuc argumentum non subsistit: Quia vt aliquod obiectum, quòd est terminus cognitionis, se habeat vt principium alterius cognitionis, vel actus necessarii sublecuti, est necessarium, vt non se habeat mere terminativè & extrinsecè respectu potentia, sed etiam intrinsecè; vt constat in exemplo adducto præmissarum: de illis enim posuimus loqui dupliciter; vel quatenus sunt in specie, & Verbo; vel quatenus considerantur, & cognoscuntur in seipsis, cum sunt adextra: præmissæ primo modo consideratæ concurrunt activè ad assensum conclusionis; sed hoc ideo est, quia movent intrinsecè intellectum medijs specie impressa, & verbo, in quibus intelliguntur, & formaliter existunt præmissæ, & quibus applicatur concursus activus. Secundo modo consideratæ præmissæ nullatenus concurrunt activè ad elicendam conclusionem: sicut vestigium animalis impressum in palvere, quòd ducit ad cognitionem ipsius animalis, vt signum eius; in seipso tamen consideratum non concurrebit activè ad cognitionem animalis, quia vestigium seu signum ita est terminus primæ cognitionis, quòd verè terminativè & extrinsecè se habet, licet hoc vestigium,

N

93

vt est in specie, & verbo producto per cognitionem sui, concurrat actus ad cognitionem subsequentem animalis.

Ad rem ergo deveniendo: Verbum divinum neque per seipsum, neque per aliquam speciem informat intrinsecè, & secundum intellectum: non per seipsum, quia Verbum divinum non videtur per modum speciei, vt ex se constat: neque habet aliud Verbum; eum in sententia Scoti non producat per illam cognitionem antecedentem, sed per dictionem subsequentem: neque per aliam speciem & verbum directè & immediatè representantia Filium, seu Verbum divinum, quia in divinis non datur alia species impressa, & expressa nisi essentia divina unita intrinsecè intellectui per modum obiecti motivi, & terminativi primarij, ratione cuius redduntur intelligibilia, & intellecta, attributa & relationes. Unde tam attributa, quam relationes solum se habent vt obiectum cognitum terminativum, & extrinsecum, & hac ratione non concurrunt activè ad productionem Verbi. *Instatur:* In sententia Scoti Verbum divinum non procedit per voluntatem; & tamen se habet vt obiectum per se cognitum ad productionem Verbi.

109 Sed obijcies contra hanc solutionem: Essentia divina gerens munus speciei, & obiecti motivi debet representare non solum seipsum, sed etiam relationes: quia talis est cognitio in cognoscendo, qualis species in representando: ergo, quatenus representat seipsum & relationes, concurrat activè ad cognitionem productivam Verbi. Pater consequentia: aliàs non in fuisset activè secundum totam amplitudinem suæ representationis, ac proinde nec cognitio cognosceret relationes, nec Verbum illas representaret: Ergo essentia divina non solum vt representativa sui est principium activum Verbi, sed etiam vt representativa ipsius Verbi, & Spiritus sancti: ergo aliquo modo verificaretur, quod Verbum procedit ex seipso, & Spiritu sancto.

Ad hanc replicam respondetur, iuxta doctrinam traditam à N. Salmant. tract. de Ang. disp. 5. num. 129. speciem impressam vel representare formaliter, vel tantum virtualiter obiectum secundarium (vtrunque admissum est vt probabile loc. cit.) Si asseratur secundum, certum est, totam concurrere tribui essentiae divine, nullum verò relationibus, adhuc prout sunt in esse intelligibili; cum non sint formaliter in essentia divina vt exercent munus speciei. Quo modo cum hoc componatur, quod cognitio extendatur formaliter ad relationes? Respondetur, adhuc sufficere ex vna parte connexionem essentiali essentiae cum relationibus, & inclusionem illius in istis, & ex alia cognitionem divinam esse eminentialiter discursivam. Quod potest illustrari duplici exemplo Angeli, & homi-

nis. Angelus enim formaliter cognoscit naturam animalis in communi, & naturas specificas, & individuales; & tamen species solum representat formaliter naturam genericam, inferiora verò tantum virtualiter: quia nimirum ad primum sufficit, quod eius cognitio sit eminentialiter discursiva; & ad secundum, quod inferiora sint obiecta secundaria. Homo etiam per speciem, quia cognoscit naturam humanam in communi, ducitur ad cognitionem formalem individui, quia est discursivus; & tamen illa species non representat formaliter individuum, sed tantum virtualiter & confusè. Quomodo magis hoc accidere potest cognitioni divine?

Si asseratur primum (quod est probabilius) adhuc relationes non debent concurrere activè ad cognitionem, eò consideratur in esse intelligibili. Quia illæ relationes, vtpote obiectum secundarium, non ponunt aliquid intrinsecum in specie; nec in esse entitativo, vt supponitur; nec in esse intelligibili, eum solum representent illas secundario etiam formaliter; non primario, de cuius ratione est, quod habeat eandem numero naturam cum obiecto primario, non cum obiecto secundario. Si autem in esse intelligibili relationes ponerent aliquid intrinsecè in ipsa specie, secundum illud species esset eiusdem naturæ sub esse intelligibili cum illis, convenienterque in gradu immaterialitatis cum specie, & intellectione; quod est falsum. Unde tota representatio activa sinit in essentia, vt distincta à relationibus, & attributis, licet se extendat terminativè & extrinsecè ad illa representanda. Vt ergo verificaretur, quod concurrunt activè ad productionem Verbi, erat necessarium, quod ponerent aliquid in specie, vel in esse intelligibili, vel in esse naturali distinctum ab essentia divina, considerata sive in esse intelligibili, sive in esse naturali; quod stare non potest propter dicta.

110 Arguitur vltimo: Intellectio, ex qua Verbum procedit, vel est notitia intuitiva ipsius Verbi, vel abstractiva; sed neutrum dici potest: ergo Verbum non procedit ex cognitione sui ipsius; ac per consequens nec ex cognitione omnium, quæ sunt formaliter in Deo. Minor probatur: Imprimis nequit esse abstractiva: quia hæc ab intrinsecè dicitur imperfectionem. Nec intuitiva: quia notitia intuitiva supponit obiectum iam existens; sed Verbum divinum nequit supponi existens ante cognitionem; alias produceretur, & non produceretur per illam: produceretur, vt supponitur; non produceretur, quia iam supponitur existens; ergo, nec potest esse notitia intuitiva ipsius Verbi. Quod argumentum à fortiori militat in Spiritu sancto; cum procedat per actum subsequentem.

Relictis breviter gratia alijs solutionibus vt minus efficacibus, quas latè referunt, & impugnant N. Salm. hic à num. 31. & Godoy à num.

num. 25. Respondetur, hoc argumentum nullam habere vim in nostra sententia, quæ asserit Verbum divinum procedere formalitè non per actum distinctum à cognitione, sed intrinsecè per ipsam cognitionem, iuxta quam respondetur, Verbum divinum procedere ex cognitione intuitiva sui, & Spiritus sancti: Nam ad rationem intuitivam non requiritur, quod obiectum cognitum sit existens pro priori ad cognitionem, sed sufficit, quod sit existens in eodem signo in quo sive reali, sive rationis: vt constat in scientia visibili causante creaturas, quæ est scientia intuitiva respectu illarum; & tamen creaturæ non existunt pro priori ad ipsam scientiam; aliis non producerentur ab illa. Probatio minoris habet vim in notitia, & cognitione speculativa; non verò in practica, qualis est cognitio producens Verbum, & cognitio producens creaturas, quæ coexistunt in eodem instanti cum ipsis terminis.

111 Sed admitramus, responsionis gratia, Verbum divinum procedere per actum supponentem cognitionem Verbi, distinctumque ab illa: adhuc hoc gratis admissio, prout cognitio extenditur ad Verbum divinum, ex qua ipsam procedit, debet esse intuitiva. Nam prioritas cognitionis non est prioritas durationis, & existentie, sed notitæ inordinate intelligentiæ, quæ, vtpote imperfectissima, dividit diversa signa, vbi in se non sunt formaliter divisa. At esse cognitionem intuitivam non regulatur penes præcisiones imperfectas nostri intellectus, sed penes id, quod obiectum habet in re, & penes modum quo intellectus divinus, & paterne se habent in ordine ad prædictum obiectum. Unde cum in Deo omnia prædicata sive absoluta, sive relativa habeant in se simultatem existentie & durationis, inde est, quod non debet excludi cognitio paterna, à qua Verbum divinum procedit, à ratione notitæ intuitivæ, non solum respectu essentia & attributorum, & ipsius Patris, sed etiam respectu aliorum prædicatorum de genere relativo, vt sunt Filius & Spiritus sanctus.

112 Sed contra hanc solutionem replicabis: Pro illo priori antecedenti actum productivum Verbi intelligitur obiectum adequatum illius cognitionis: ergo Verbum divinum præcisè intelligitur vt obiectivè existens respectu cognitionis: ergo eò natura divina, & alia prædicata absoluta concipiuntur vt obiectivè notitia intuitiva; Filius tamen, & Spiritus sanctus in illo priori tantum intelliguntur vt obiectum notitæ abstractivæ. Probatur hæc vltima conclusio: Nam obiectum notitæ abstractivæ, vt tale, est illud, quod tantum est obiectivè existens, non physicè; sed Filius & Spiritus sanctus non sunt physicè existentes in illo signo cognitionis, sed tantum obiectivè: ergo terminant cognitionem abstractivam. *Augetur:* Si intel-

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

lectio aliquo modo antecedit generationem divinam, obiectum cognitum pariter debet illam præcedere: In illa ergo antecedentia, vel Verbum & Spiritus sanctus physicè existunt: vel non? Si existunt physicè: ergo ante suas processiones. Si non existunt: ergo cognitio terminatur ad eos, vt non existentes; quidquid sit in toto illo instanti reali physicè existant: ergo in illo signo priori nequeunt terminare notitiam intuitivam. Patet consequentia: quia ad rationem notitæ intuitivæ requiritur, quod terminetur ad suum obiectum vt existens in re.

Hæc replicæ ex dictis manet convulsa. Nam illa prioritas cognitionis respectu processio- num tantum est iuxta nostrum modum imperfectum concipiendi; at cognitio divina non terminatur ad suum obiectum, quatenus nos dividimus illas prioritates, sed prout sunt in se. Cum autem in se semper sint physicè existentes, non vt obiectivè tantum existant debent terminare cognitionem paternam, & primordiale, ac proinde de possunt optimè terminare cognitionem intuitivam. Quare dicimus, cognitionem intuitivam terminari ad obiectum vt existens physicè: ad quod sufficit, quod in eodem instanti reali sit cognitio & generatio; quidquid sit, an nos per nostros conceptus imperfectos prius intelligamus esse in divinis cognitionem obiecti, & post generationem Verbi, & post generationem Verbi prosequatur processio Spiritus sancti. Allucinatur ergo Adversarij, dum processiones in divinis volunt ponere iuxta modum imperfectum concipiendi, quem formamus in via; cum longè nobilitus se habeant in se.

§. III.

Corollaria præcedentis doctrinæ.

113 **E**X dictis in toto hoc dubio inferatur, Verbum divinum procedere per se ex cognitione omnium possibilem. Hoc corollarium constat ex testimonio D. Thomæ allegato num. 92. in quo Ang. Mag. addit hæc verba: *Verbo dicitur omnis creatura:* ergo procedit per se vt representativum omnium possibilem: ergo procedit per se ex cognitione omnium illorum. Constat etiam ex doctrina Magni Parentis Augusti. lib. 15. de Trinit. cap. 13. & 14. vbi ait: *Verbum divinum esse de omnibus, quæ sunt de scientia Dei: nam si aliquid minus esset in Verbo, quam in scientia, non esset adequatum Verbum.* Ex quibus verbis fortissimum depromitur argumentum pro doctrina nostri corollarij: Nam omnes creaturæ possibilem, etiam sint obiectum secundarium scientiæ divine, sunt obiectum per se, vtpote infallibiliter connexæ cum omnipotentia, itaque si deficeret quæcumque ex illis, eò minus minima, deficeret etiam omnipotentia, & scientia Dei: ergo

Verbum divinum debet per se procedere ex cognitione omnium possibilem. Antecedens pronunc supponitur. Et consequentia probatur ex doctrina D. Augustini: Non minus amplam debet esse Verbum divinum in ratione *Verbi*, quam scientia Dei in ratione *comprehensivis*, quia in ratione talis non minus est infinitum, quam ipsa scientia; sed hoc non posset stare, si Verbum divinum non procederet per se ex cognitione omnium possibilem, cum non procederet per se ut repræsentativum omnium illorum: ergo si ad scientiam divinam pertinent per se omnia possiblem, etiam ad processionem Verbi.

114. Deinde probatur ratione fundamentali sæpius repetita: Verbum divinum petit per se procedere ex cognitione comprehensiva essentia divinz, & eius omnipotentia; sed nequit procedere ex cognitione comprehensiva omnipotentia, quin per se procedat ex cognitione omnium possibilem: ergo Verbum divinum procedit per se ex cognitione omnium illorum. Maior concedi debet ad Adversarijs, eò quòd Verbum divinum petit per se procedere ex cognitione perfectissima, qualis est comprehensiva essentia divinz. Minor autem probatur: Non stat, causam perfectè & comprehensive cognosci, quia cognoscantur omnes effectus essentialiter connexi cum ipsa causa; sed omnipotentia est causa omnium possibilem, & alias hæc connexantur necessariò & essentialiter cum omnipotentia, ut pronunc supponimus: ergo Verbum divinum nequit procedere ex cognitione comprehensiva omnipotentia, quin procedat ex cognitione omnium possibilem. Quæ ratio debet intelligi de omnibus possibilem non solum sub quadam communi ratione, sed etiam de illis secundum suas peculiares, & differentiales rationes.

Confirmatur: Verbum divinum debet per se procedere ut imago perfectissima Patris, ut inquit D. Paulus 1. ad Hebr. *Cum sit splendor glorie, & figura substantia eius*: Ergo petit per se procedere ut omnipotens & factivum omnium creaturarum, sicut & ut perfectissimè sapiens, & diligens: si enim requiritur cognitio per se aliorum attributorum ad productionem Verbi divini, quare non requireretur per se cognitio perfectissima suæ omnipotentia, & sapientia, quæ etiam sunt attributa? Ergo petit per se procedere ex cognitione omnium possibilem. Probatur hæc ultima consequentia: Non stat cognoscere comprehensive potentiam activam ut *talem*, quin cognoscatur terminus necessarius, & adæquatus talis potentia: sicut non stat cognoscere comprehensive potentiam generativam ut *talem* sine termino generationis, ut concedunt Adversarij: ergo si ad processionem Verbi requiritur per se cognitio omnipotentia reduplicativè ut est causa possibilem, etiam

requiritur per se cognitio omnium possibilem.

115 Respondent Scotistæ, hoc verum esse de virtute per se ordinat ad effectum, non vero de virtute quæ per se non ordinatur ad illam. Omnipotentia autem est virtus causativa creaturarum taliter, quòd non ordinatur ad illas, cum non possit dicere aliquem ordinem realem ad creaturas, eò quòd omnipotentia nequit, sicut nec aliud prædicatum divinum, specificari ab illis.

Sed contra: Nam eòd omnipotentia non ordinetur ad creaturas, connectitur tamen necessariò & essentialiter cum illis; sed hoc ipso nequit perfectè cognosci, quin creaturæ formaliter cognoscantur: ergo tunc solutio. Probatur maior: Deus in sua omnipotentia cognoscit creaturas; sed repugnat, effectum cognosci in sua causa ut prius cognita, quin dicat connexionem necessariam cum illa: & ideo Deus nequit cognoscere formaliter futura in essentia sua prius cognita, nisi ut determinata per decretum, & isto prius formaliter cognita, quia hoc, & non essentia divina dicit necessariam & infallibilem connexionem cum futuro: ergo etiam omnipotentia dicit connexionem necessariam cum possibilem. Deinde: Non minus connectitur virtus productiva cum possibilitate termini, quam actualis productio cum actuali existentia termini; sed actualis productio essentialiter connectitur cum existentia termini: ergo & virtus activa cum possibilitate termini.

116 Sed dices primo: Ad comprehendendam potentiam visivam sufficit cognoscere visibile visivè: ergo pariter ad comprehendendam omnipotentiam divinam sufficit cognoscere possibile visivè: non vitrà omnia possiblem in particulari. Respondetur, hoc argumentum esse contra ipsos Adversarios: nam dum concedunt, ad comprehensionem omnipotentia requiri cognitionem possibilem visivè, fatentur, quòd Verbum divinum debet procedere ex cognitione illorum; quòd tamen reanunt cõcedere propter argumenta proximè adducenda. Nihilominus respondetur concedendo antecedens; sed negando consequentiam, ob manifestam disparitatem inter potentiam visivam respectu visibilis, & omnipotentiam respectu possibilem: etenim potentia visiva ex se non continet perfectè & adæquate omnes visiones in particulari, quia ad hoc indiget speciebus, respectu quarum ipsa potentia visiva secundum se est in potentia. Ceterum omnipotentia divina continet adæquate & perfectè omnes creaturas possibilem in particulari, unde nequit comprehendendi, nisi illa formaliter cognoscantur.

117 Dices secundò: Ideo cognitio paterna attingeret creaturas possibilem, quia est cognitio comprehensive essentia, & omnipotentia: ergo prius

prius est, quòd sit comprehensiva, ac productiva Verbi, quam quòd attingat creaturas. Patet consequentia: quia esse cognitionem comprehensiveam & consequenter productivam Verbi, est ratio à priori cognitionis creaturarum. Respondetur negando consequentiam. Nam non est prius comprehensiva, quam attingat creaturas. Quod constat exemplis: Etenim quia Petrus est homo, est animal rationale: similiter quia cognitio est circa tale obiectum, est huius speciei potius quam alterius: ergo datur signum, in quo Petrus sit homo, quin sit animal rationale: & cognitio de tali obiecto, quin in aliquo signo sit determinata speciei? Sunt male consequentia. Et ratio est: quia tantum ex modo concipiendi vnum est ratio alterius; ex parte vero rei conceptæ sunt omnino idem. Similiter ex parte rei conceptæ idem prorsus est cognitionem esse comprehensiveam, ac cognoscere formaliter omnes creaturas possibilem.

118 Oppositam huius corollarij sententiam tenuerunt Scotus, & Vazquez: & quidem valde consequenter, ut ex se patet. Quorum motiva sunt: Primum desumptum ex Div. Thoma quæst. 4. de Verit. art. 5. ubi ait: *Accidit Verbo, ut per ipsum creatura dicatur*. Secundum: Spiritus sanctus non procedit ex amore possibilem: ergo nec Verbum ex eorum cognitione. Tertium: Verbum divinum procedit ex cognitione, qua Pater æternus est beatus, sed non est beatus per cognitionem ad creaturas terminatam: ergo. Quartum: Verbum divinum non dicit ratione suæ personalitatis ordinem ad creaturas, sed solum ratione essentia, quæ est communis tribus personis: ergo per se non procedit ex cognitione illarum. Quintum, & ultimum: Verbum divinum non habet necessariam connexionem cum creaturis; alias essent æque necessariæ, ac ipsum, & deficienti quilibet creatura possibili in particulari, v. g. musica, formica, vel mure, deficeret Verbum divinum, quòd nunc est; quòd videtur omnino incredibile.

Confirmatur: Nam eòd omnipotentia habet connexionem cum possibilem, non tamen cum possibilem in particulari: ergo eòd Verbum divinum procedat ex cognitione possibilem in communi, non tamen ex cognitione possibilem in particulari. Probatur antecedens: Nam quia omnipotentia habet necessariam connexionem cum possibilem in communi, nequit à Beatis videri essentia, quin videantur possibilem in communi; sed possunt videre essentiam, & omnipotentiam, quin videant aliquò possibilem in particulari: ergo signum est, quòd nec essentia, nec omnipotentia habet connexionem cum possibilem in particulari.

119 Ad primum ex D. Thoma respondetur, solum intendere Verbum divinum non procedere ex cognitione creaturarum tanquam

ex obiecto primario, quòd verum est; non vero excludere quòd procedat absolute per se ex cognitione illarum tanquam ex obiecto secundario. Et licet personæ sint obiectum secundarium (præoccupatur obiecto) non potest dici, quòd repræsentantur per accidens ab essentia, quia intrinsicè sunt cum illa, essentialiterque cum illa identificantur; ac creaturæ sunt quid distinctum & extrinsecum. Unde comparativè ad personas potest concedi, quòd creaturæ repræsentantur ab essentia quasi per accidens, licet absolute repræsententur per se. Ad secundum respondetur ex dictis disp. 2. num. 81. quòd possiblem non habent bonitatem, gaudent tamen veritate: unde est magna disparitas. Præterquamquòd potest retorqueri argumentum in Adversarios: Nam Spiritus sanctus nec per se, nec per accidens procedit ex amore possibilem, eò quòd possiblem nullo modo sunt amabilia; & nihilominus concedunt, quòd Verbum divinum procedit saltem per accidens ex cognitione possibilem, eò quòd sunt vera & intelligibilia. Et si dicunt, quòd possiblem etiam sunt amabilia: Idem omnino iudicium ferendum est de processione Spiritus sancti, ac de processione Verbi.

Ad tertium respondetur, quòd licet cognitio terminata præcisè ad creaturas, prout sunt in se, non possit Patrem beatificare, bene tamen terminata ad eas ut contentas in essentia divina, & ut intellectas in ea prius cognita: Quia hoc non est aliud, quam quòd ipsa essentia divina magis cognoscatur, & penetretur, & per consequens sit obiectum magis beatificans. Unde videmus, quòd beatus, qui magis penetrat hanc essentiam, cognoscit plures creaturas possibilem, & substantialiter est magis beatus, quam ille, qui pauciores cognoscit. Quare si non attingeret omnia possiblem, non esset infinite beatus, nec Verbum divinum procederet ex beatitudine infinita.

120 Ad quartum respondetur, quòd eòd Verbum divinum ratione suæ personalitatis solum dicat ordinem realem ad Patrem; at tamen ratione illius potest concedi, quòd etiam dicit ordinem rationis ad creaturas: ad hunc sensum, quòd Verbo divino ex vi suæ processionis communicatur formaliter tanquam terminus primarius natura divina tam in ratione speciei intelligibilis, quam in ratione verbi, à qua sub his conceptibus habet talem respectum ad creaturas. Unde licet ratione illius omnes personæ dicant talem respectum, speciali modo convenit Filio, quòd non convenit Spiritui sancto; sicut speciali modo communicatur Verbo divino natura divina, quo non communicatur Spiritui sancto.

Ad ultimum respondetur, negando antecedens quoad primam partem. Nam necessitas Verbi, & essentiae divine est necessitas, es qua

qua sequitur necessitas possibilium, ac proinde hæc debet esse minor, quam illa: iuxta illud, *Propter quod unquamque tale &c.* Attamen sunt Verbo divino adeo connexa possibilium, quod deficientibus illis, & quolibet in particulari, etiam deficerent ab intrinseco essentia, Verbum, & omnipotentia divina, quæ nunc sunt. Non quia dicantur dependentiam à creaturis, sed quia essentia non esset participabilis eodem modo, quo nunc est: Et sic non propter dependentiam à creaturis, sed propter imparticipabilitatem divinæ essentiae esset alia essentia, & consequenter alia generatio Verbi. Quæ possunt illustrari hoc exemplo: Veritas conclusionis est minus necessaria, quam præmissarum, iuxta axioma supra relatum; & tamen si conclusio repugnaret ab intrinseco, hæc non posset sequi ex veritate principiorum, quæ absolute deficeret: Quia ex hoc inferatur, quod principia dependent ex conclusione, cum potius res contraria se habeant, sed quia habent connexionem essentialiam.

121 Ad confirmationem respondetur, negando antecedens. Ad causam probationem distinguitur maior: quia dicuntur connexionem tantum cum termino formali omnipotentiae concedo maiorem; quia utcumque connectuntur cum illa, nego maiorem. Et concessa minor, negatur consequentia. Nam ad cognitionem quidditativam non comprehensivam alicuius virtutis sufficit attingere terminum quasi formalem alicuius connexionis: ad cognitionem verò comprehensivam insuper requiritur cognitio termini materialis, dummodo cum illo connectatur. Unde estò à Beatis posset cognosci essentia, & omnipotentia sine aliquo possibili in particulari; nequit tamen à Deo cognosci, quin cognoscantur omnia possibilium in particulari, quia etiam sunt omnia possibilium connexa essentialiter cum omnipotentia, sunt tamen termini materiales illius, & aliunde cognitio Beati non est comprehensiva; at cognitio divina per oppositum comprehendit perfecte omnipotentiam. Ex qua comprehensione debet Verbum per se procedere, & consequenter ex cognitione omnium possibilium tam in communi, quam in particulari.

122 Sed inquires: An Verbum divinum procedat per se ex cognitione futurorum, & existentium? Respondetur negativè: Tum quia Verbum divinum solum per se procedit ex cognitione eorum, quæ non possunt non convenire Deo; sed cognitio futurorum potuit non convenire Deo: ergo Verbum divinum non procedit per se ex cognitione eorum. Minor est certa: nam cognoscere futura est liberum Deo: ergo potuit illi non convenire. Maior autem probatur: Quod per se convenit Verbo, taliter convenit, quod non possit non illi convenire: ergo petit procedere per se ex cognitione eorum, quæ non potuerunt non convenire Deo. Tam

etiam: Verbum divinum solum petit per se procedere ex cognitione comprehensivæ ad hæc non requiritur per se cognitio futurorum: ergo Maior patet ex dictis in toto hoc dubio. Minor verò probatur: quia aliis, si non esset aliquid futurum, quod fuit possibile, eò quod omnia futura sunt contingentia, non daretur in Deo cognitio comprehensiva: cum deficeret aliquid per se requiritum ad comprehensionem; quod est falsum: ergo ad cognitionem comprehensivam omnipotentiae non requiritur per se cognitio futurorum.

123 Nec valet, si dicas, hoc verum esse de comprehensione Dei absoluta, non verò de comprehensione Dei, facta aliqua suppositione adhuc accidentali. Nam contra est: Quod convenit alicui ex alicuius suppositionis libertate, nequit absolute convenire per se: ergo cognitio futurorum non requiritur absolute per se ad cognitionem comprehensivam. Probatum antecessens: Quod convenit alicui ratione alterius, acquirit illi intimius convenire, quam illud, ratione cuius illi convenit; alias destrueretur illud principium, *Propter quod unquamque tale &c.* ergo si id, ratione cuius convenit Deo cognitio futurorum, non convenit per se, nec illud quod inferitur ex eo, nempe, ipsa cognitio futurorum, potest per se convenire; sed cognoscere, & repræsentare futura, convenit cognitioni divinæ, essentiae, & Verbo divino ratione decreti absoluti liberi de eorum productione: ergo cognoscere, seu repræsentare futura, nequeunt essentiae, & cognitioni intimius convenire, quam decretum convenit Deo; sed hoc convenit Deo omnino accidentaliter, cum Deus potuerit velle oppositum: ergo etiam cognitio futurorum convenit illi omnino accidentaliter.

Et confirmatur Verbum divinum, secundum id quod habet per se, non debet esse magis necessarium Deo, quam cognitio, ex qua petit procedere; sed Verbum divinum, secundum id quod habet per se, est omnino necessarium, cum aliter se habere non possit: ergo cognitio, ex qua petit per se procedere, debet esse omnino necessaria; sed cognitio futurorum est Deo absolute libera, ita quod aliter se habere possit: ergo Verbum divinum, secundum id quod petit per se, & essentialiter, non petit procedere ex cognitione futurorum.

124 Ex quo inferitur primò, bene stare, Verbum divinum procedere defectò ex cognitione futurorum, & non procedere per se. Nam ad primum sufficit, quod Pater exprimat in Verbo futura, sicut defectò exprimit, cum Pater omnia, quæ cognoscit, exprimat Verbo. Certum est enim, Patrem cognoscere futura: ergo etiam debet esse certum, quod exprimit illa Verbo. Rursus: certum est, quod Verbum divinum cognoscit futura: hæc ergo cognitionem futurorum vel habet à se, vel ab alio? Pri-

mum

num dici non potest, quia Verbum divinum omnia, quæ habet sive contingencia, sive necessaria, non habet à se: ergo necessum est, quod habeat ab alio, hoc est, à Patre. Ad secundum verò ulterius requiritur, quod hæc expressio sit necessaria Verbo, quod ob supra dicta est omnino falsum. Et potest ostendi hoc exemplo: Deus produens hominem, verè producit ut album; at hæc productio hominis ut albi non est homini conveniens per se, cum possit Deus, manente essentia hominis, producere illum nigrum. Sic ergo contingit processioni Verbi divini quoad expressionem futurorum: quia hæc expressio non minus contingenter convenit Verbo divino secundum se, ac homini albo, vel nigredo.

125 Inferitur secundò: Verbum non procedere per se ex cognitione decreti divini formaliter, ut dicit determinationem ad futurum, estò procedat per se ex cognitione illius quoad entitatem. Ratio est: quia terminatio decreti ad futurum est omnino libera; entitas verò necessaria. Nec refert, quod voluntas divina sit necessitata ad decretum vagè sumptam; cum non potuerit manere suspensa: ergo Verbum & Spiritus sanctus procedunt per se respective ex cognitione, & amore huius decreti vagè sumpti. Huic late & dilucide respondet N. Salmant. tract. 4. disp. 5. à num. 84. Et iuxta eorum doctrinam respondetur, concedendo totum. Sed hoc non est aliud, nisi ipsa intellectio & volitio necessaria non redacta ad exercitium alicuius actus, vel obiecti determinate liberi. Vnde nullum in hoc invenitur inconveniens.

DUBIUM V.

An si Spiritus sanctus non procederet realiter à Filio, realiter ab illo distingueretur?

126 Olim fuit magna concertatio inter Ecclesiam Latinam, & Græcam circa processionem Spiritus sancti. Latina asserbat, Spiritum sanctum procedere non solum à Patre, sed etiam à Filio. Græca verò negabat procedere à Filio: eò ducta, quia id Scriptura non dicit. Quem errorem tenuit Theodoretus eximius sacre pagine Commentator, cui fortiter restitit primò N. Cyrillus. Quem semimortuum post aliqua tempora suscitavit Theophilus, quem Græci tanta pertinacia secuti sunt, quod à communione Ecclesie recesserint tempore Leonis IX. Hic error in multis Conciliis damnatus est, præcipue in generali Lugdun. ubi iam, capta victoria, à Latinis simul & Græcis cantatum est symbolum cum illa additione *Filioque procedit*. In quo introducta est pax inter utranque Ecclesiam. Quæ ratione nos abstinemus à questione de factò:

quamvis per modum suppositionis illam tangemus §. 1. huius dubii. De declaramus duas rationes, seu congruentias D. Thomæ in hac 1. part. quest. 76. art. 2. reliquentes tertiam & præcipuam, circa quam erit dissidium non parvum inter scholam Scoti, & D. Thomæ: Subtili Doctoris asserente, quod si per impossibile Spiritus sanctus non procederet à Filio, adhuc maneret eiusdem rationis, ac nunc est, & consequenter esset realiter distinctus à Filio: Angelico verò Mag. oppositam docente.

§. I.

Firmatur veritas Catholica circa processionem Spiritus sancti à Filio duplici ratione. D. Thomæ.

127 Spiritum sanctum defectò procedere à Verbo suadet D. Thomas Opusc. 1. quod composuit contra errorem Græcorum de mandato Urbani IV. pluribus auctoritatibus sacre pagine, quæ stare non possunt sine vera processione Spiritus sancti à Filio. Prima & præcipua est: *Spiritus sanctus de meo accipiet*. Quæ sine reali processione à Filio nequit verificari: quia nullus accipit aliquid ab alio nisi media aliqua actione sive substantiali, sive accidentali; sed Spiritus sanctus nihil potest accipere actione accidentali: ergo recipit esse substantiale divinum per actionem substantialem & divinam. Nec refert, quod non dicat, *de me accipiet*, quod erat necessum, ut probaret procedere à Filio. Contra: Nam hoc manifestè convincitur ex verbis præcedentibus, ubi ait: *Omnia quæ habet Pater, mea sunt, propter à dicit, quia de meo accipiet*. Ergo cum Pater habeat victum productivam Spiritus sancti, illam etiam Filius debet habere: & ex illa concludit, *de meo accipiet*: ergo & quod ab illo procedit. Ab alijs auctoritatibus superseculis tum, quia non sunt tam claræ, ut hanc veritatem demonstrent: tum & quia non effugiunt plures evasiones hæreticorum. Quare ad duas congruentias D. Thomæ accedimus.

128 Prima potest ad hanc formam reduci: Filius per intellectum procedit ut Verbum, & Spiritus sanctus per voluntatem ut Amor; sed amor procedit à verbo intellectus, eò quod nihil amamus, nisi conceptione & Verbo mentis illud cognoscimus, & apprehendamus: ergo Spiritus sanctus procedit à Filio, seu Verbo. Verba Ang. Præcept. adæquatè consonant cum forma huius rationis, ut videri potest hic art. 2. in corp.

Sed hæc ratio videtur difficilis: Nam non est certum, quod amor procedat à Verbo. Tum, quia cognitio solum se habet ut conditio, ut finis moveat voluntatem, ut tradunt N. Complur. in Physic. Tum: quia finis, vel obiectum volun-

ta-

ratis solum movet alliciendo, non active elicendo. Tum denique quia in visione beatifica non producit Verbum; & tamen producit amor, ut diximus disp. 1. num. 79. ergo. *Adde*: Ut Spiritus sanctus amet, requiritur apprehensio rei volita; & tamen prius non producit Verbum, quod concurrat active ad eius amorem: ergo non recte colligit D. Thomas ex hoc principio, Spiritum sanctum procedere a Verbo.

129 Sed hac non adeo vrgent, ut propterea deferamus rationem D. Thomae. Pro quo nota primo, quod obiectum voluntatis nequit movere illum nisi apprehensum ab intellectu; ita ut sit intra ipsum; quod fit medio verbo communiter dicto, vel proprie tali. Unde quando obiectum non potest per seipsum exercere rationem verbi, verbum productum, vel obiectum in ipso verbo productum movet voluntatem ad amorem. Quando vero per seipsum vnitur per modum verbi, & non datur aliud verbum productum, verbum communiter dictum solum concurrat, & movet voluntatem ad amorem; quod contingit in visione beatifica, & in visione Filij, & Spiritus sancti. At si datur duplex verbum, & communiter dictum, seu improductum, & verbum proprie tale, seu productum (quod contingit, quando producit ex fecunditate, & hoc in sola cognitione paterna) tunc utrunque suo modo movet voluntatem, & concurrat cum illa ad amorem.

Deinde nota, D. Thomam non intendere probare esse de ratione omnis verbi concurrere per se ad amorem per modum principij activi, sed quod vere procedat ab illo iuxta distributionem accommodationis, nempe vel per modum principij quo efficientis, sive moventis, sive formalis, sive specificantis, vel per modum principij quod; ut constat ex verbis, quibus concludit corpus art. Ex quo deducitur, quod si amor aliquo ex his modis dependet per se a verbo, verbum iuxta modum proprium, quem habet, debet per se influere in amorem. Unde si est verbum creatum, sufficit, quod influat per modum moventis, & specificantis, eo quod ex vna parte non habet esse ut quod, & ex alia habet rationem obiecti voluntatis, de cuius ratione est, quod influat alliciendo: idem proportionabiliter debet dici de verbo communiter dicto sive in divinis, sive in visione beatifica. Si vero est Verbum divinum personale & notionale, concurrere debet non solum movendo & specificando, sed etiam active influendo, & non utrunque, sed per modum principij quod: Tum, quia hoc petit Verbum divinum, quia est persona: Tum, quia est actus purus; & iste modus influendi est proprius rei, quatenus est in actu. Ex his potest responderi his objectionibus.

130 Ad primam ergo: dicimus, quod est cognitio se habere mere ut conditio ad amorem;

applicat tamen obiectum voluntatis, quod est in verbo, a quo pendet per se amor aliquo ex praedictis modis, ut ex se patet. Quibus addi potest, quod in divinis Verbum & intellectio non ponunt in numero, cum obiectum sit ipsa intellectio: in ea enim consistit metaphysice natura divina. ¶ Ad secundam: respondetur, D. Thomam ex vi huius rationis non explicare modum procedendi amoris a verbo, sed reliquiae intendendam iuxta naturam ipsius Verbi. Nam si verbum se habet praese ut obiectum quod, exprimendo & representando obiectum amatum, solum influat in voluntatem specificative, & alliciendo ipsam voluntatem, non vero elicendo amorem: & ita contingit in verbo creato. At si verbum adeo crescit in perfectione, quod fit per se substituens, tunc amor procedit a Verbo, non solum quia allicit, sed quia etiam elicit active ut quod: & hoc solum contingit in Verbo divino, quod est persona. ¶ Ad tertiam: respondetur, quod est in visione beatifica non producat verbum, datur tamen in illa intrinsece verbum communiter dictum, de quo debet verificari id ipsum, quod de illo verificaretur, si produceretur: unde adhuc in illo casu amor procedit a verbo. Quod proportionaliter applicandum est cognitioni, quam habet Spiritus sanctus respectu amoris. Per quod dissolvitur additamentum. Hac diximus praesertim ad modum, quem tetigimus tract. 5. disp. 1. num. 64. ubi omni verbo probabiliter concessimus concursum effectivum respectu amoris: quia ad salvandam rationem D. Thomae sufficit modus, quem nunc assignamus.

131 Secunda ratio D. Thomae potest ad hanc formam reduci: In his, quae formaliter differunt, semper debet inveniri aliquis ordo, quando procedunt ab eodem principio: ergo si Filius & Spiritus sanctus procedunt ab eadem persona Patris, necesse est, quod inter eos aliquis ordo inveniat; sed ordo, qui inter illos potest inveniri, non est alius, quam origo vnius ab alio: ergo cum Filius non procedat a Spiritu sancto, manifeste inferitur, Spiritum sanctum procedere a Filio. Antecedens est certum: nam nunquam invenimus, quod ab vno plura procedant absque ordine inter se, nisi que pure materialiter differunt; ut idem faber producat multos cultellos nullum habentes ordinem.

132 Sed contra hanc rationem obijciat: Non repugnat plura immaterialia ab vno procedere, absque eo quod habeant aliquem ordinem inter se: ergo ratio D. Thomae non subsistit. Antecedens probatur: Plures intellectiones possunt ab eodem intellectu Gabrielis procedere: omnes etiam Angeli immediate procedunt a Deo; & tamen nec Angeli, nec intellectiones distinguuntur materialiter praese, cum sine materiale, nec habeant aliquem ordinem inter se,

ut

ut ex se constat: ergo. *Adde*: Quod Deus potuit immediate omnia producere, absque eo quod vna creatura procedat ab alia.

Respondetur, rationem D. Thomae esse congruentem, si duas condiciones addamus. Prima est, quod res aliqua procedat; ita ut pertineat ad aliquem vnum finem, vel ad aliquid vnum totum construendum. Secunda, quod distinguantur specificae. Quae ergo specificae distinguuntur, & alias pertinent ad idem totum, exigunt per se ordinate produci, ita ut vnum ex alio procedat: unde dicitur Iudith 9. Tu fecisti priora, & illa post illa cogitasti. Licet de potentia Dei absoluta possint omnia ab eo procedere absque ordine vnius ab alio inter se.

Hinc ad obiectionem respondetur, quod illa intellectiones, vel distinguuntur numerice, vel specificae? (utrunque est probabile) Si dicatur primum: fatemur, nullum ordinem habere inter se. Sed ideo est, quia distinctio numerica, est in rebus immaterialibus, coincidit cum materiali. Hac tamen distinctio nequit inter personas divinas inveniri: unde ex hoc capite non tollitur ordo inter divinas personas. Si distinguuntur specificae: semper habent ordinem excellentiae & perfectionis, licet non causalitatis. Qui ordo omnino relegandus est a personis divinis, ut perspicue docet D. Thomas 4. Contra gent. cap. 24. & quaest. 10. de Pot. art. 5. Per quod constat ad primum, & secundum exemplum.

133 Quibus addimus pro secundo, quod est vnus Angelus in sui productione non dependeat ab alio, cum omnes Angeli, & corpora caelestia aequè primò procedant a Deo per creationem, sed non aequè primò quoad subordinationem; quatenus Angelus interior subordinatur superiori quoad aliquem influxum: licet possint dari plures species, quae inter se non subordinentur, ut equus & homo; lapis & lignum: sed hoc ideo est, quia non procedunt ab eodem principio immediato, ut ex se constat. Propositio Div. Thomae procedit de his, quae procedunt immediate ab eodem principio, & inter se specie distinguuntur, de quibus vnum debet alteri subordinari, vel in prima sui processione, sicut capax, vel saltem in aliqua influenza, quam vnum habet circa aliud post primam sui productionem. In divinis vero non potest esse influenza vnius personae circa aliam, nisi in ipsa prima sui egressione, & relatione originis; nec potest ex aliquo capite dari subordinatio, cum haec asserat inferioritatem. Manet ergo, quod vna debeat procedere ab alia in prima sui egressione. Additamentum nihil convincit: Quia non procedit iuxta exigentiam connaturalium rerum.

Explicatis iam duobus primis congruentijs D. Thomae ad suadendam defectu processio-nem Spiritus sancti a Filio: Accedamus ad tertiam eiusdem Ang. Mag. que ordine, & digni-

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

tate est prima, ex qua movetur celebris illa quaestio: An Spiritus sanctus ita procedat a Filio, ut si per impossibile non procederet, distingueretur realiter ab illo? Quod in duplici sentiu potest contraheri: vel loquendo de Spiritu sancto secundum rationem communem personae divinae; an videlicet in divinis possit dari aliqua persona distincta realiter ab alia; quin inter eas detur aliquis ordo originis, ita ut processio vnius ab alia non sit formaliter & per se conditio, ut distinguantur realiter inter se: vel loquendo de Spiritu sancto secundum suam proprietatem individualement, quam nunc habet, an nempe, si Spiritus sanctus non procederet a Filio, maneret idem Spiritus sanctus, qui nunc est? In utroque sensu procedit quaestio. Pro qua sit:

S. II.

Stabilitas sententiae Thomisticae.

174 Dicendum est, Spiritum sanctum ita procedere a Filio, ut si ab illo non procederet, non distingueretur realiter ab illo. Hac asserit, quae est communis inter Theologos; poterat ostendi pluribus Concilijs, quae passim asserunt, nulla alia ratione dari numerum; & distinctionem inter personas divinas, nisi ratione originis. Sufficiat tamen pronunc Concilium Florentinum: quod sess. 18. ita ait: Secundum omnes Doctores tam Latinos, quam Graecos sola differentia processio-nem in divinis personas multiplicat. Ad quod declarandum adducit duo capita, a quibus solum potest oriri in divinis distinctio, & sic ait: Ad quam sola duo accommodantur, qui ab alio est, & a quo est: nulla alia ratio distinctionis (concludit) est in divinis, nisi per hoc, quod persona aliqua est ab altera. Ex quibus verbis formatur hoc ratiocinium: Nullum aliud principium distinguendi personas inter se Concilium excogitavit, nisi quod vna persona sit a qua alia, & alia sit, quae ab illa; sed si damus, quod Spiritus sanctus non procedit a Filio, nec Filius est, a quo Spiritus sanctus; nec Spiritus sanctus est ab illo: ergo in tali hypothese non erunt distincti. Consequentia legitima est: Maior deducta ex verbis Concilij; minor est de patet. ¶ Et confirmatur contra Scotum: Nam inter has duas personas, vel datur defectus aliud principium distinctionis praeter assignatum a Concilio, vel non? Si dicat primum: ergo praeter distinctionem fundatam in processione habent defectus Filij, & Spiritus sanctus aliam distinctionem disparatam, sicut lignum, & lapis: ergo opponitur defectus & directe Concilio. Patet consequentia: quia Concilium expresse asserit, quod in divinis nulla alia ratio distinctionis est, nisi per hoc, quod persona vna procedat ab altera. Si dicat

105